paupertate succintā. i q̄ ipsi soli beguini corūq̄ cōplices p  
senerāt. ¶ Itē. ij. error ē. q̄ venerabiles eccleie sacerdotes  
aliq̄q̄ miltri sic sūt iurisdicōis ⁊ ordis auctōre dñi: vt nec



sententiā ferre. nec sacramēta cōficere. nec subiectū sibi pro  
priū instruere valeāt vel docere. sed sunt priuati omni ec-  
clesiastica potestate: nisi sint de eorū beguinorū perfidia.  
apud quos solū ut ipsi fingūt: sicut spūalis vite sanctitas  
sic ecclesiastica auctoritas pseuerat. ¶ Itē. iij. error est. il-  
los mortalis criminis cōtagiōe pollui ⁊ pena tencri: quos  
cōtigerit iuramēti religiōe cōstringi. ¶ Itē q̄rtus error  
est sacerdotes rite ⁊ legitime ordinatos. quibus licet tamē  
criminib⁹ p̄essos: nō posse cōficere. vel ecclesiastica sa-  
cramenta cōferre. ¶ Itē quint⁹ error est. q̄ euāgeliū xp̄i  
in solos beguinos hoc tpe est cōpletū. qd̄ hacten⁹ ut ipsi  
begumi sompniāt obiectū fuerat. imo prorsus extinctū.  
¶ Istos. v. errores dāpnauit dñs ioānes pp̄. xxij. i extra  
uagātū q̄ incipit. gloriofā eccliam q̄ est infra. ¶ Item. vj.  
error est. q̄ dñs noster ihs xps eiusqz apostoli nō habue-  
rūt aliqua nec in pp̄rio nec in cōmuni. ¶ Itē. vij. error ē  
q̄ dñs noster ihs xps eiusqz apostoli in his q̄ ipsos ha-  
buisse sacra escriptura testat: nō habuerint seu eis nō cō-  
petierit ius nec vendēdi. nec illa vendēdi seu donādi. aut  
ex ipsis aliq̄ acquirēdi. ¶ Isti duo articuli ut hereticales  
sunt cōdēpnāti in extrauagāte dñi ioānis pape. xxij. q̄ in-  
cipit. cū inter nōnullos. q̄ est infra. ¶ Itē. viij. error est q̄  
dñs noster ihs xps ⁊ ei⁹ apostoli in his q̄ habuisse legū-  
tur: tantū habuerūt absqz iure aliquo simplicē vsū sa-  
cti. Hic articulus tanq̄s vere hereticalis est condēpnat⁹  
in extrauagante eiusdē dñi ioānis pape. xxij. que incipit.  
quia vir reprob⁹.

¶ Isti sunt errores condēpnati in  
extrauagāte dñi bñdicti pape. xj. q̄  
incipit. Bñdict⁹ de⁹. ⁊ eorū opposi-  
ta ut fide tenēda oīa approbātur.

15  
**¶** Item<sup>o</sup> error<sup>o</sup> ē. q̄ sc̄dm̄ dei comunē ordinationē. aīe iustoz decedētū añ dñi nr̄i iesu xp̄i passionē in q̄bus nichil erat purgabile: mox post passionē eiusdē dñi nr̄i iesu xp̄i. añ resūptionē suoz corporū ī iudiciū gen̄ale. nō viderūt neqz vidēt. nec videbūt clare ⁊ apte diuinā effeciā. nec illa etiā p̄frūitur. nec etiā post eiusdē dñi nr̄i iesu xp̄i ascēsiōnē fuerunt nec sunt nec erūt in celo celozū. regnō ⁊ p̄ap̄so celesti cū xp̄o ⁊ sc̄o r̄ū angelozū cōfortio aggregate. **¶** Itē ij. error<sup>o</sup> ē. q̄ sc̄dm̄ dei comunē ordinationez. aīe iustozū decedētū. añ dñi nr̄i iesu xp̄i passionē in quibus aliq̄d purgabile remanebat: purgatione pacta ex toto: mox post eā dē passionē eiusdē dñi nr̄i iesu xp̄i añ resūptionē suozū corporū ī iudiciū gen̄ale: nō viderūt nec vidēt. nec videbūt diuinā effeciā. nec illa etiā p̄frūitur. nec post eiusdē dñi nr̄i iesu xp̄i ascēsiōnē fuerūt. nec sunt nec erūt. in celo celozū regnō ⁊ p̄ap̄so celesti. cū xp̄o ⁊ sc̄o r̄ū angelozū cōfortio aggregate. **¶** Itē. iij. error<sup>o</sup> ē. q̄ p̄m̄ dei comunem ordinationē. aīe iustozū decedētū post sacrū baptisma ab eis susceptū. ī q̄bus nichil ē purgabile cū decedūt añ suoz corporū resūptionē ī iudiciū gen̄ale: nō vidēt nec videbūt clare ⁊ c̄. vt ī. ij. error<sup>o</sup>. **¶** Itē. iij. error<sup>o</sup> ē q̄ p̄m̄ dei cōez ordinationē aīe iustozū decedētū post sacrū baptisma ab eis susceptū in q̄b<sup>o</sup> ē aliq̄d purgabile: cū decedūt pacta purgationē ex toto: añ suoz corporū resūptionē ⁊ iudiciū gen̄ale nō vidēt nec videbūt clare. vt ī. ij. error<sup>o</sup> dictū ē. **¶** Itē. v. error<sup>o</sup> est. q̄ p̄m̄ dei comunē ordinationē anime parunlozū sacro baptisinate renatozū decedētū añ vsū liberi arbitrij. ante suozū corporū resūptionē ⁊ iudiciū gen̄ale. nō vidēt ⁊ c̄. vt sup̄: a. **¶** Itē. vj. error<sup>o</sup> ē. q̄ secūdm̄ dei comunē ordinationē. aīe iustozū omniū decedētū p̄dictozū. añ suoz corporū resūptionē ⁊ iudiciū gen̄ale. diuina visione ⁊ fructiōe nō erūt beate. nec habebūt vitā ⁊ requiē sempiternā. **¶** Item. vij. error<sup>o</sup> est. q̄ sc̄dm̄ dei comunem ordinationē

diuine essentie nō ē intuitiua ⁊ facialis aīaz brārū. ¶ **Itē**  
viiij. error ē. q̄ fm dei cōmunē ordinatōnē. diuine essentie  
intuitiua ⁊ facialis visio in brīs euacuabit̄ nec cōtinuabit̄  
tur vsqz ad finale iudiciū. nec extēdet̄ vsqz ad sempiternū

¶ **Itē. ix. error ē.** q̄ fm dei cōmunē ordinatōnē. aīe decē  
dētū in mortali pctō. mor post mortē suā. ad inferna nō  
descēdūt. nec penis infernalib⁹ cruciant̄. ¶ **Itē. x. error ē.**  
q̄ in die iudicij oēs hoīes aī tribunal xpī cū suis corpib⁹  
nō cōpēbūt reddicturi d̄ factis pp̄s rōnē. vt referat vn⁹  
q̄sqz ipoz pp̄is corpis vt gessit. siue bonū. siue malū.

¶ **Hereses ⁊ errores p̄ diuersos sū**  
mos pontifices de fratrū cōsilio post mortē illorū qui erro  
res huiusmodi posuerunt.



**D**ua questio est. que cōtinet hereses ⁊ erro  
res per diuersos sūmos pōtīces de fratrū  
cōsilio dāpnatos. post mortē illorū qui er  
rores huiusōi posuerunt. Et nota q̄ aī. cōdē  
pnationē predictorū errorū factam. per do  
minū iohānē papā. xij. in extrauagāte q̄ incipit. **Cū in**  
ter nōnullos. Inter quos cōdēpnauit de multorū cōsilio  
magistorū in theologia. postillā fratris petri iohānis de  
ordine fratrū minorū q̄ fecit super apocalipsim. q̄ quidē  
frater petr⁹ iohānis fuit oriūsus de villa q̄ dicitur seriaz  
cū diocesis biterrensi p̄pter hereticas ⁊ errōneas articu  
los in dicta postilla cōtētos. ⁊ hic infra scriptos. quos ar  
ticulos cū postilla cōdēpnauit. ¶ **Cōdēpnauit etiā po**  
stilla eiusdē fratris petri iohānis super matheū. ⁊ etiā po  
stilla eius super epistolas canonicas. in quibus postil  
lis vt in postilla super apocalipsim continentur multe he  
reses ⁊ multi errores.

¶ **Errores fratris petri iohānis de**  
ordine fratrum minorū.



**E**rrores autē in dicta postilla super apocalipsum cōrē  
 ti ⁊ cōdempnati sunt isti. Sed primo aduertēdū est q̄ in  
 fra p̄ totū. p̄ babiloniā meretricē: intelligit vniuersalē ro-  
 manā ecclesiā militatē. quā nos vere vocamus sanctā ca-  
 tholicā ⁊ apostolicā. **P**er ecclesiā carnaliē: intelligit idē.  
 vniuersalē romanā ecclesiā. **P**er bestiaz: intelligit idē.  
**P**er synagogā sathane: intelligit idē. **P**er mysticuz  
 anti xp̄m: intelligit papā. seu pōtificē romanū. **P**er an-  
 gelū cōsignatū: intelligit beatum franciscū. **P**er chri-  
 sti militiā: intelligit bigardos. seu eius heresibus ⁊ erro-  
 ribus credētes. **P**er enāgelicā vitā seu enāgelitū: intelli-  
 git nichil h̄re nec in p̄po nec ī cōi. nec ius siue dñiū ī reb⁹  
 h̄re donādi. v̄dēdi. seu ex ill' v̄dēdi. v̄ alienādi. s̄z h̄re in  
 eis simplicē vsū facti. **P**er ecclīā spūalē: intelligit idē. s.  
 ei⁹ errorib⁹ credētes. **P**rim⁹ ergo error isti⁹ fr̄is petri  
 iohānis de ordie m̄noꝝ ē: q̄ sext⁹ stat⁹ ecclie incepit vt di-  
 cit a tpe bti fr̄acisci. ⁊ pleni⁹ a tpe dāpnatiōis babilonis  
 meretricis magne. q̄ndo angel⁹ xp̄i signabat. p̄ suos futu-  
 rā militiā xp̄i. ⁊ durabit vsqz ad t̄pus anti xp̄i. qd̄ p̄mi-  
 nebit nōbilit̄ q̄nqz p̄uijs. **C. ij.** error ē: q̄ sic ī p̄mo xp̄i ad-  
 uctū formata est noua ecclīa veteri synagoga reiecta: sic ⁊  
 ī initio sexti stat⁹ vetustas p̄oris t̄poris ē vniuersalit̄. repet-  
 lēda vt videat̄ nouū celū. i. noua ecclīa tūc formari veteri  
 b⁹ iā reiectis. **E**t sic ī sexta etate reiecto carnali iudaismo  
 ⁊ vetustate p̄oris scl̄i. venit nou⁹ homo xp̄s cū noua lege.  
 vita. ⁊ cruce vetustate p̄ioris scl̄i reiecta: sic in sexto statu  
 renouabitur xp̄i lex vita. ⁊ crux. p̄opter quod in eius pri-  
 mo initio scl̄us fr̄aciscus apparuit cathezizat⁹. ⁊ xp̄o to-  
 tus crucifix⁹ ⁊ cōsignat⁹. **C. iij.** error ē: q̄ sicut gl̄ia q̄ fue-  
 rat synagoge p̄ata ⁊ pōtificib⁹ suis si in xp̄m credidissent  
 trāslata fuit ad p̄mitiuā ecclīā ⁊ ad pastores ei⁹: sic ⁊ gl̄ia  
 p̄ata finali ecclie q̄nti status p̄pter ei⁹ miliciā ad electos  
 sexti status est translata. **C. iij.** error est. q̄ constat regula

fratru minoru p btm frasciscu editis: ee vere r pprie illam  
euagelicā quā rpa aplia imposuit r i euagelijis suis scribi  
fecit. ¶ v. error ē. q regla bti frascisci ē cōdēpnāda a plris  
b<sup>o</sup> ab ecclia carnali r supboz neqter r sophistice: sic xps  
cōdēpnat<sup>o</sup> fuit a sinagoga reproba iudeoru. r q oportet  
pire exterminiu ecclie. sicut xpi r suoru cōdēpnatio iudeis  
puit tporale exterminiu sinagoge. ¶ vi. error est. q btis  
frasciscus ē ille angelus de quo dr in apocalipsi. vidi altes  
rū angelū habentē signū dei viui. euangelice vite r regu  
le. vj. r. vij. tēpore ppagāde r magnificāde innouatoz. re  
nouatoz. r sumnuā post xpm r eius matrem obseruatoz.  
¶ vij. error ē. q decet cōdēpnationē regule bti frascisci p  
ire exterminiu carnalis ecclie: ad hoc vt iusto dei iudicio  
carnalis ecclis put meruit excecet vsqz ad expugnationē  
vite r spūs scī. ¶ viij. error ē. q sere oēa clerici r reglares  
possidētes aliqd in cōi vident min<sup>o</sup> bñ sentire de abrenū  
ciatiōe euāglica huiusmodi cōi. ¶ ix. error ē. q sic sinago  
ga ppagata ē ex. xij. pñarchia: r ecclia de gētib<sup>o</sup> ex. xij.  
aplis: sic finalia ecclia reliqarū iudeoru r gētū ē p. xij. vi  
roa euāgelicos ppsgāda. vñ btia frasciscu ahsbuit. xij. fi  
lios r socios: p quos r in qbus fuit fundat<sup>o</sup> r iniat<sup>o</sup> o  
do euāgelicus. ¶ x. error ē. q tertia tribulatio sfligit ma  
nus p appetā celebris auctoritatis ecclie genialis r ple  
beie multitudinis sibi subdite. r appetā cōtrarij i spūali  
bua viris. ¶ xi. error ē. q angelus scūs frascisc<sup>o</sup> sentiet se  
pspari nō in carnali ecclia latinoz: s; in grecis r sarr  
cenis. r tartaris. r tādē in iudeis. ¶ xij. error ē. q oēs sb  
bates qnti tporis cōueniēt in qntū caput bestie q ē diabo  
lus aut antixps. sut cōgregatio maloz. ¶ xij. error est.  
q illa ecclesis quā noa vocsm<sup>o</sup> vniuersalē ecclesis catho  
licā militatē. ē ecclia carnal/bsbilōia meretric magna ex  
tēsiue. qz boni sic sūt i ea sic psuica grana tritici sub imeso  
cumulo pallearū. q ecclia carnalis publice r impudētiss

me adulterat a suo spōso xpō. q̄ ecclia se ⁊ oēs gētes sibi  
 subiectas corūpit. sedis carnalitatib⁹ ⁊ simoniacis cupi-  
 ditatib⁹ ⁊ terrena glia hui⁹ mūdi. q̄ etiā nūc exarsit in irā  
 cōtra viros spūales. ⁊ cōtra viros ⁊ flurus spūs sc̄i. q̄ ē  
 tēdit int⁹ spūaliter. ⁊ exterio⁹ corporaliter. ⁊ q̄ p̄ t̄pale extermi-  
 niū cecidit in mūdo: deinde ad eternū suppliciu cecidit i in-  
 ferno. ⁊ q̄ sua malicia ⁊ ptate i pediu ⁊ angustiauit spm̄  
 electoꝝ ⁊ cōuersionē toti⁹ orbis. q̄ etiā est extermināda. et  
 eius extermiuiū erit sc̄is q̄i erit⁹ de carcere ad libertatē  
 latitudinē ⁊ volatū. ⁊ erit⁹ de tenebrosissimo fumo forma-  
 cis ad lucē solares. ⁊ sicut exoneratio a lapide molari seu  
 a monte immēso. ¶.iiii. error est q̄ sicut post quattuor-  
 aialia q̄tuoꝝ p̄mos stat⁹ sanctoꝝ designātia sublimata  
 est genialis sedis romane ecclesie ceteris patriarchalib⁹  
 ecclis occidēt alib⁹ i eu orientalib⁹ a xpō ⁊ ab ei⁹ vera fide  
 recedētibus sic eodē tpe post q̄tuoꝝ bestias a daniele vi-  
 sas q̄tuoꝝ p̄mis ordinib⁹ setō ⁊ cōtrarias: sublimata ē se-  
 des bestie. i. bestialis caterue. ita ut nūero ⁊ ptate p̄ualeat  
 et fere absoꝝbeat sedē xp̄i. cui localiter ⁊ notaliter ē cōmix-  
 ta. vñ ⁊ sic appellat ecclia fidelium. sic ⁊ illa q̄ vere ē p̄ gr̄as  
 sedes ⁊ ecclia xp̄i sup huiusmōi vero maliciā nō cessat ze-  
 latoꝝ sc̄i hui⁹ q̄n̄ tpoꝝis effundere sialā detestatiōis. ⁊  
 celebris increpatiōis. ita q̄ regnū eius vellit nollit euidē-  
 ter apparet oib⁹. ⁊ etiā ip̄ismet tenebrosū. ⁊ fedatū enoꝝ  
 mi luxuria ⁊ auaricia ⁊ symonia ⁊ supbia ⁊ negociatiōe  
 dolosa ⁊ astutia. ⁊ fere oī malicia dissipatū ⁊ abhoian-  
 dū. vñ ⁊ infra vocat babilō meretric habēs in manu sua:  
 poculū aureū plenū abhoiatiōe. Per hāc autē sedē bestie  
 designat p̄ncipaliter carnalis clerus in h̄ q̄nto tpe regnās.  
 ⁊ toti ecclie p̄sidēs. in q̄ quidē bestiali vita trāscēdēt ⁊ sin-  
 gularit̄ regnat. ⁊ sedet sic i sua p̄ncipali sede. ⁊ lōge plus  
 q̄ in laicis plebib⁹ sibi subiectis. ¶.v. error est. q̄ tpe  
 anni xp̄i mixti carnalis ecclesia p̄ quā intelligit in toto suo.



progressu eccliam romanā cōtra doctrinā scōrū ⁊ vitā et  
celū acrius exardescēs. q̄i oīno siccet spūali sapia. etiā vir  
tuali grā opulēta xp̄i. sicut factū fuit in iudeis ⁊ in grecis  
ita ut pateat oī errori. **C. xvj.** error est. q̄ sicut vasti regiā  
a regno ⁊ cōiugio regis affueri abiecta: electa est hester  
hūilis ⁊ sc̄a ad eiusdē regis conubiū ⁊ regnū. fecitq; rex  
magnificū cōiuiū cūctis p̄ncipib⁹ ⁊ seruis suis: sic re  
iecta synagoga. electa est ecclia plēitudinis gentiū. sic in  
sexto statu ecclesie reiecta babilone adultera. oportet spi  
ritualē ecclesiā exaltari. ⁊ celebre ac spūale cōiuiū post  
eius nuptias celebrari. **C. xvij.** error est. q̄ sub mixtico an  
tixpo fienda est submersio ⁊ cōmotio per quā tota carna  
lis ecclesia excitabit ⁊ cōmouebit contra euangelicū spm̄  
xp̄i. **C. xvij.** error est. q̄ sub mixtico antixpo cadet babilonia  
meretrix carnalis ecclesia quo tpe sancti p̄res forti  
ter p̄dicabūt dicētes. q̄ ex tūc nō est ecclia xp̄i sed synago  
ga sathane ⁊ h̄ratio demoniorū. q̄ ante in corde suo dice  
bat supbiendo. **Sedeo ut regina. i. in magna p̄sidentia ⁊**  
**gloria sup regnū meū. dñorū sc̄z mūdiālū. et quiesco. et**  
**vidua nō sū. i. destituta nō sum gloriosis ep̄is ⁊ regibus.**  
**C. xix.** error est. q̄ romana ecclia est mulier illa meretrix:  
de qua agit in apoca. q̄ fuit quōdā in statu paganisimi.  
et postmodū fuit in fide xp̄i. q̄ nūc mult⁹ crimib⁹ cū hoc  
mūdo fornicata est. q̄ merito vocat meretrix magna q̄ a  
fidei culto. et a sincero amore. delitijs xp̄i sponsi sui rece  
dens adheret huic seculo. diuitijs ⁊ delicijs eius. diabolo  
et regib⁹. magistratib⁹ ⁊ p̄latis ⁊ oībus alijs amatorib⁹  
huīus seculi. **C. xx.** error est. q̄ magis cōpetit doctoribus  
stat⁹ tertij generalis. q̄ est. vj. ⁊ vij. eē spūales portas ap  
tas introducētes aptores seu explicatores sapie xp̄iane:  
quā apostolis. **C. Multa alia hereticalia ⁊ erronea pos  
sunt iste frat̄ petrus ioānis i postilla p̄dicta. s̄z h̄ q̄ dixim⁹  
sunt p̄ncipalia. ⁊ ad h̄ cetera reducunt. posuitq; q̄s plura**

alia falsa, temeraria, blasphemosa, piculosa, p̄sumptuo-  
 fa, insana, p̄iter ⁊ mēdosa. ¶ Articuli autē positi sup̄ ca-  
 nonicas, ⁊ postille sup̄ matheū cōtinēt sup̄ascriptos ar-  
 ticulos in sn̄ia ⁊ effectu. De cōdēpnatiōe ecclē carnalis  
 babilonis meretricia magne ⁊ exaltatiōe ecclē sp̄ualia, s̄z  
 ī speciali ponūt in postilla sup̄ matheū duo errorē q̄ sūt  
 postea cōdēpnati. Unus p̄ dñm clemētē p̄ ap̄ā. iiii. ⁊ ali⁹  
 p̄ dñm ioh̄z papā. xxiij. ¶ Prim⁹ error ē. q̄ qñ vn⁹ mili-  
 tū lācea xp̄i lat⁹ in cruce pendētis aparuit q̄ xp̄s adhuc  
 eēt viu⁹ ⁊ nōdū mortu⁹. Hic error cōdēpnat in clemēti.  
 de su. tri. ⁊ si. ca. c. fidei. ¶ ij. error est. q̄ xp̄s ⁊ ei⁹ apli nō  
 habuerūt aliqd̄ in pp̄io nec cōi. nec ī reb⁹ q̄bua vtebāt̄  
 h̄uerūt. nisi simplicē vsū facti. Hic error cōdēpnat in ex-  
 traugantib⁹. sup̄ adict̄. cū inter. ⁊ qz quorū dā mētes.

**¶ Nota errores seu hereses fratris**

michaelis de cesana heretici, ministri generalia ordi-  
 nis fratrum minorum.

¶ Postmodū vero factis dictis cōdēpnatiōib⁹ de p̄fesa-  
 ctia errorib⁹ siue heresib⁹. Et p̄serti de errorib⁹ cōdēpna-  
 tis in sepe dict̄ extraugantib⁹ fuerūt cōdēpnati errores  
 isti ⁊ simil̄ cōtēti ī libello quē edidit fr̄ michael de cesana  
 hereticus maḡ gn̄ alia ordia fr̄m̄ minorū. cui⁹ cā a maḡi-  
 sterio siue m̄isterio gn̄ alia dicti ordis ē deposi⁹. quē libellū  
 dict⁹ fr̄ michael hereticus fecit cōtra dñz ioh̄z papā. xxiij  
 eūdē ioh̄z vocāa hereticū gerētē se p̄ papa in auinione.  
 q̄ dñā ioh̄z eūdē frat̄rē michaelē deposuit. ⁊ suū libellū  
 ⁊ cōtētos ī se errorē cōdēpnauit. ⁊ cōdēpnādo doctrinā  
 ei⁹ hereticale ⁊ pestiferā cōdēpnauit. ⁊ et cōdēpnauit p̄so-  
 nā eū hereticū p̄m̄lgādo. ut p̄z ī extraua. eiusōē dñi iōā. pp̄.  
 xxiij. q̄ incipit. Qz vir reprob⁹ michael de cesana minister  
 ⁊c. ¶ Aduertēdū tñ ē q̄ añ cōdēpnatiōez libroz editoz  
 a p̄dicto fratre petro iōānis factā auinioni. p̄ dñm ioh̄em

papā. xxiij. Dñs alexāder quartus cōdēpnauit rome quē  
dā librū euāgeliū eternū appellatū cōmuniter. cui⁹ actor  
fuit ut fert̄ qdā fr̄ iohes de parma monachus italicus.  
In quo libro sequētes errores ⁊ hereses sunt reperi.

## **¶ Nota errores quos posuit frat**

ioānes de parma monachus italicus.

**¶** Primus error est. q̄ doctrina abbatis ioachi excellit  
doctrinā xp̄i. ⁊ cōsequēter ⁊ vet⁹ ⁊ nouū testamētū. **¶** ij.  
error est q̄ euāgeliū xp̄i nō est euāgeliū regni. ⁊ iō nō est  
edificatoriū. **¶** iij. error est. q̄ nouū testamētū nō duras  
bit i v̄tute sua nisi p̄ sex ānos p̄ime tūc futuros. vj. vsqz  
ad ānū incarnatiōis xp̄i. **¶** cc. lx. **¶** iij. error est. q̄ illi  
qui erūt vltra p̄dictū tēpus. erūt in statu p̄fectōrū. **¶** v.  
error ē q̄ euāgelio xp̄i aliud euāgeliū succedet. ⁊ ita p̄ sa  
cerdotio xp̄i. aliud sacerdotiū succedet. **¶** vj. error ē. q̄ n̄  
lus simplex hō est p̄doneus ad instruendū aliū hōiem in  
sp̄ualib⁹ ⁊ eternis: nisi illi q̄ incedūt pedib⁹ nudis. **¶** vij.  
error est. q̄ q̄tūcūqz affligat de⁹ iudeos in h̄ mūdo. illos  
tñ suabit q̄bus b̄n̄faciet. etiā manētib⁹ in iudaysmo. ⁊ q̄  
in fine liberabit eos ab oī ipugnatiōe hōiūz. etiā in iudā  
ysmo manētes. **¶** viij. error est. q̄ ecclia nōdū pepit neqz  
pariet filios añ finē regni tēporalis. qd̄ finiet p. vj. ānos  
p̄ime tūc sequētes. Et p̄ hoc dat̄ itelligi q̄ religio xp̄ias  
na q̄ iā multos pepit vocatos ad fidē xp̄i nō est ecclesia.  
**¶** ix. error ē. q̄ euāgl̄z xp̄i neminē p̄ducit ad p̄fectū. **¶** x.  
error est. q̄ adueniēte euāgl̄io sp̄ūs sc̄ti. siue clarescēte ope  
ioachi qd̄ ibidē dicit̄ euāgl̄m sc̄ti sp̄ūs: euacuabit euāge  
liū xp̄i. **¶** xi. error est. q̄ intelligētia sp̄ualis noui testamē  
ti nō est cōmissa pape romano. s̄z tñ l̄ralis. ⁊ p̄pter hoc  
dat̄ ibi intelligi q̄ ecclia romana nō pōt indicare de sp̄ua  
li intelligētia noui testamēti. ⁊ si iudicat: temerariū ē ei⁹ iu  
diciū. ⁊ ei nō est acquiescēdū. q̄ ecclia romana vt dicit̄ aīa



lis est ⁊ nō spūalis. ¶. xij. error est. q̄ recessus ecclesie gre  
 corū a romana ecclesia fuit bon⁹ ⁊ p̄ hoc dat̄ intelligi. q̄  
 v̄iri spūales nō tenent obedire romane eccle. nec acquies  
 cere eius iu dicio. ¶. xiiij. error est. q̄ pplus grecus magis  
 ambulat s̄m spm̄ quā pplus latin⁹. ⁊ p̄ h̄ dat̄ intelligi q̄  
 pplus grecus magis est in statu saluado:ū. ⁊ magis ad  
 hereduū ē ei. q̄s̄ populo romane eccle. ¶. xiiij. error est. q̄  
 sicut filius opat̄ salutē populi romani: siue latini q̄ filium  
 rep̄sentat: sic p̄r opat̄ salutē populi greci. q̄ spm̄ sc̄m̄ rep̄  
 sentat. ⁊ per h̄ dat̄ intelligi q̄ p̄r saluū faciet pplm̄ grecū  
 et iudaycū q̄ spm̄ rep̄sentat. ¶. xv. error est. q̄ spūs sc̄tus  
 aliquid recepit ab ecclesia. sicut xp̄s in quātū hō accepit a  
 liq̄o a spiritu sc̄to. ¶. Decim⁹ sextus error est. q̄ xp̄s ⁊ ei⁹  
 apostoli non fuerūt perfecti in vita contēplatiua.

**¶ Nota errores seu hereses quas  
 posuit Raymundus lullī.**



Est hec autē dñs gregorius. pp̄. xj. de cōsi  
 lio frat̄rū interdixit ⁊ cōdēpnauit doctrinā  
 raymūdi lullī cathalani mercatoris de ciuit̄  
 tate maioricaz oriūdi. layci. fantastici. ipiti  
 q̄ quā plures libros ediderat in vulgari ca  
 thalano. q̄ totalit̄ grāmanicā ignorabat. que doctrina  
 erat plurimū diuulgata q̄s̄ credit̄ hūisse a diabolo. cū eā  
 nō habuerit ab hoie. nec hūano studio. nec a deo. cū de⁹  
 nō sit dator errorū siue heresum. licet ip̄e raymūdn̄s affe  
 rat in libris suis q̄ eā habuerat in quodā mōte a xp̄o. q̄  
 sibi ut dixit apparuit crucifirus q̄ putat̄ maḡs diabolus  
 q̄ xp̄s q̄ doctrina durauit fere per. lxxx. ānos quousq̄ sc̄s  
 frater nichola⁹ eymerici ord̄is frat̄rū p̄dicatoz aragonie  
 validus in q̄sitor ex certis causis hñs eā dēvalde suspectā  
 de heretica prauitate: illā inulto cū labore transcurrit. et  
 post p̄sentauit p̄dicto dño gregorio pape. xj. xx. volumina

et causa commissa dño cardinali hostien de ei<sup>9</sup> mādato fue  
runt per. xx. magistros in theologia diligēter examiata. et  
tandē de fratrum cōsilio ut vere hereticalia cōdēpnata: et to  
ta doctrina gñaliter iterdicta. q̄ doctrina cōtinebat plus  
q̄m q̄ngētos articulos erroneos de q̄bus paucos p̄ntibus  
inserā. ¶ **Prim<sup>9</sup>** error est. q̄ de<sup>9</sup> hēt multas eēntias. ¶ **ij.**  
error est. q̄ in diuinis eēntia nō est occiosa s̄z eēntiat. et na  
tura naturificat: et bonitas bonificat. et infinitas infinitifi  
cat. et eternitas eternificat. ¶ **iiij.** error ē. q̄ sicut leo se hēt  
ad leonificādū. et hō ad homificādū. sic et mltō plus diui  
na natura se hēt ad naturificādū. et diuinitas ad diuinifi  
cādū. ¶ **iiij.** error est. q̄ eēntia et natura dei p̄ris generat  
filiū. ¶ **v.** error est. q̄ deus pater ē añq̄ deus fili<sup>9</sup>. ¶ **vj.**  
error est. q̄ deus p̄r in quātū p̄r est suppositū singlāre. s̄z  
in quātū m̄det suis rōnibus ad poucēdū filiū est suppo  
sitū cōmune. ¶ **vij.** error est. q̄ si deus p̄r nō fuisset pater  
nō potuisset eē pater eternitatis cui<sup>9</sup> est p̄r i quātū eā de  
dit filio p̄ generationē. ¶ **viiij.** error est. q̄ deus filius sic  
eēntialit̄ ē de eēntia p̄duct<sup>9</sup>: sicut p̄sonalit̄ de p̄sona. ¶ **ix.**  
error est. q̄ dei filij eēntia relata ad p̄sonā filij. sic est geni  
ta: sicut ē igenita eēntia p̄ris relata ad p̄sonā p̄ris. ¶ **x.**  
error est. q̄ deus. q̄ ē fili<sup>9</sup> diuinitat̄ est pater hoīs deifica  
ti. p̄pter hoc ut indeificare p̄ri asimilet̄. ¶ **xj.** error est. q̄  
sp̄s sc̄tus est cōceptus de p̄re et filio. ¶ **xx.** error est. q̄  
sp̄s sc̄tus p̄cedit a p̄re et filio ut eqlis p̄ri et filio. sic q̄ita  
habeat duas passiōes. vnā sc̄z a p̄re. et aliā a filio. sicut p̄r  
habet duas acciōes. et fili<sup>9</sup> vnā actionē. et vnā passionē.  
¶ **xiiij.** error est. q̄ tantū sunt tres p̄sone diuine in vnione:  
q̄ nulla illarū triū potest aliq̄d agere in̄trinsēce sine alijs.  
q̄ nec generare. nec spirare. ¶ **xiiij.** error est. q̄ generatio  
et p̄cessio nō possunt esse in diuinis p̄ vnā vel per duas p̄  
sonas solū. minus de oibus tribus. ¶ **xv.** error est. q̄ fili<sup>9</sup>  
in quātū filius in diuinis qui est distinctus a patre et sp̄ū

sancto psonaliter potest esse incarnat<sup>9</sup>. sine hoc q illi nō  
 sint incarnati. sed in quātū oēs tres psonie sunt vna cēntia  
 ⁊ natura oportet q pater ⁊ sp ūs sc̄tus sint ita veracit̄ hō  
 per incarnationē sicut filius. hoc dicit in libro de septem  
 arborib<sup>9</sup>. ¶. xvj. error est. q corpus xp̄i stās in cruce fuit  
 mortuū i quātū aīa dimisit illud. ⁊ nō fuit mortuū i quā  
 tū diuinitas ab eo nō recessit. nec cō iūctio diuine nature:  
 ⁊ humane fuit diuisa. remāsit ergo xp̄s viuus ⁊ mortu<sup>9</sup>.  
 fuit mortuus sm cursū naturalē. sed remāsit viuus sc̄m  
 cursum super naturalē. ¶. xvij. error est. q surrexit xp̄s  
 p̄pter hoc ut esset homo ex aīa ⁊ corpore: sicut erat ho  
 mo anteq̄ moreret. ⁊ quādo fuit mortuus fuit homo. in  
 quātū fili<sup>9</sup> dei fuit homo. ¶. xvij. error est. q illi q amāt  
 deū p̄pter hoc ut det eis gloriā celestē. vel bona tēpora  
 lia. ⁊ timēt deū p̄pter hoc ut nō det eis penā infernalem.  
 vel labores tpales: faciūt de p̄mā intentione secūdā. ⁊ de  
 sc̄da primā: ⁊ eorū intentio est peruersa ⁊ falsa ⁊ contrā  
 dei intentionē. nō est vnus homo solus qui fecerit tantuz  
 malū sicut id qd̄ fecit machometus qui tot hoīes misit in  
 errōē. ⁊ tamē maius malū sequit̄ cū homo nō habet ad  
 deum p̄mā intentionē. quā sit totū malū quod fecit ma  
 chomet<sup>9</sup>. quia maius bonū est in vno hoīe q fortiter dili  
 git deū p̄mā intētionē. quā sit malū in hoībus hoīb<sup>9</sup> qui  
 sunt dāpnati. ¶. xix. error ē. q incōueniēs est q verus a  
 mor p̄pter aliqua q facit homini de<sup>9</sup> mltiplicet seu minu  
 at suū amorē. quia postq̄ de<sup>9</sup> inītiāuit hoīem amare. boni  
 tate. magnitudine. amore. et sic de alijs: ⁊ hō contēplari  
 deū: non cōuenit q cōtinue habeat posse iū amare. p̄mo  
 oportet eē tā magna magnitudo inītiādi ⁊ cōtēplandi in  
 amore vestito bonitate. magnitudine. et duratione. et sic  
 de alijs: q nō possit amare. vel amore crescere nec minui.  
 quia. si posset crescere ⁊ minui: iam inītiare ⁊ cōtēplari  
 nō intraret mediū amoris. ¶. xx. error est. q tantū deside



rat et amat amicum. hoc est homo iustus. bonitatem. magnitudinem. et  
 et eternitatem sui amici. sed est dei. quod propter suum amorem se con-  
 dat. bonitas. magnitudo. et eternitas in eundo una eorum natura  
 turam et unam et eandem rem numero in amico et amato. ita quod ami-  
 cus et amat. scilicet homo iustus et deus sunt una indistincta et incōfusa  
 eentia et natura in bonitate. et magnitudine et eternitate. Quam  
 plures articulos ponit in libris suis hereticos et erroneos. te-  
 merarios et piculosos quod digni relatione et memoria non existunt.  
 ut pote quod nulla ratione appeti vel colorata fulciunt. quod pos-  
 tius temeritate presumptio voluntati proprie et ignorantie multe  
 accipit iuvant. **¶ Non errores lullistarum.**

Hereses et errores lullistarum discipulorum lullij sunt isti **¶ Pri-**  
 mus est quod doctrina raymundi lulli excellit omnem aliam doctrinam  
 in bonitate et veritate. etiam beati agustini. **¶ ii.** error est quod theo-  
 logi temporis moderni nichil sciunt de vera theologia lullista-  
 rum copatione. **¶ iii.** error est quod deus veram theologiam a theo-  
 logis moderni temporis propter peccata eorum abstulit et eam lullistis  
 contulit. **¶ iiij.** error est quod omnes doctrine obstruent propter doctri-  
 nam raymundi lulli quam perpetuo remanebit. **¶ v.** error est quod tem-  
 poris antipri omnes theologi apostatabunt a fide propter lullistas. qui pro  
 doctrinam raymundi lullij reducet ecclesiam ad fidem catholicam.  
**¶ vi.** error est quod doctrina veteris testamenti attribuit deo patri  
 doctrina novi testamenti attribuit dei filio. scilicet doctrina ray-  
 mundi lullij attribuit spiritui sancto. **¶ vii.** error est quod doctrina ray-  
 mundi lullij non potest heri neque per studium neque per hominem. sed tantum  
 per spiritum sancti revelationem. **¶ viij.** error est quod doctrina raymundi  
 lullij sic ab eius sectatoribus per spiritum sancti revelationem habet: quod  
 in brevi tempore. quod i. xxx. vel xl. vel l. horis habetur. **¶ ix.** er-  
 rore est quod doctrinam raymundi lullij nihil intelligit. nec intelligere  
 potest nisi soli lulliste. **¶ x.** error est quod dominus gregorius papa. ix.  
 qui doctrinam raymundi lullij i. xx. eius voluminibus contemta ut he-  
 reticalis in multis articulis avinione in consistorio condempnavit

totāq; genaliter vt suspectā vehemēter de heresi cūctis si  
 delib<sup>9</sup> iterdirit. sacrū collegiū qđ cōfēsit: cardinal' hostis q  
 cōmissari<sup>9</sup> i illa causa fuit. magrī i theō vltra. xx. q ad cō  
 dēpnationē p̄dicrā cōsiliū p̄stiteterūt. isti doctrinā istā nō  
 intellerūt. decepti sunt ⁊ turpif errauerūt. ¶. xj. erro: ē.  
 q raymūdus p̄dic<sup>9</sup> ē in cel'btūs ⁊ p tali hñdus ē a suis  
 sectato:ib<sup>9</sup> ⁊ noīand<sup>9</sup>. causa tñ breuitatis dimittim<sup>9</sup> qñ  
 gētos errores dicti raymūdi lullī q sunt dāpnati p ecclīā  
 vt patet indirectorio inq̄sitionis.

**¶ Hereses ⁊ errores dāpnati extra**  
 curiā romanā p iquisitores heretice p̄auitatis de expres  
 so mandato domini nostri pape.

**Q**uēcima questio de heresibus seu herozib<sup>9</sup>  
 cōdēpnatis extra curiā romanā p inquisito  
 res heretice p̄auitatis i regnō aragonie au  
 ctoritate ap̄lica. ⁊ de expresso mandato dñi  
 nri pape. ¶. Inā dñs clemēs. vj. informat<sup>9</sup>  
 p frēm nicholaū roselli ordīs fratrū p̄dicato:ū p̄orē puī  
 cialē eiusdē puīcie ⁊ inq̄sitorē in regno aragonie. postea  
 vō titulo sci iusti p̄sbyterū cardiale: q i cathalōia i ciuita  
 te barchinōn p̄dicabat publice ⁊ p alias ptes q̄ plēs: q i  
 sanguie xp̄i as p̄so i pasceue nō remāsit diuinitas. nec san  
 guis ille erat dīficat<sup>9</sup>. h̄ito sollēpnī cōsilio magrōz ⁊ alio  
 rū mādauit p suas patētes lras dicto iq̄sitori q̄ten<sup>9</sup> dictū  
 articlū vt hereticale ⁊ erroneū faceret publice reuocari.  
 ac sollēpniter cōdēpnaret. ⁊ sic ip̄e inq̄sitor fecit i ecclīa ca  
 thedrali publice barchinōn. ⁊ dictū articulū cōdēpnauit.  
 ¶. Postmodū vō tpe gregorij. pape. xj. fr̄ nicho. eymerici  
 ordīs fr̄z p̄dicato:z i q̄sitor hētice p̄uītatis i regno aragōie  
 successor i mediatus p̄fati fr̄is nicholay roselli. informa  
 uit eūdē dñm gregoriū q i ptibus cathalonie infra scrip  
 ti articuli de sacramēto altaris publice p̄dicabant. ¶. Cui

dn̄s gregorius pre habito multoz cōsilio magistroz. mā  
dauit dicto inq̄sitori ⁊ prelatia oib⁹ cathalonie p̄ lraa su  
aa q̄ten⁹ illoa articloa interdiceret p̄ sniaz excōicatiōia in  
ecclesia cathoratic⁹. q̄d ⁊ factū fuit. ¶ Pr̄mus error ē.  
q̄ si hostia consecrata cadat seu piciaf̄ in cloacā. lutū. seu  
aliū turpē locū: q̄ remanētib⁹ sp̄eb⁹ sub eis eē desinit cor  
p⁹ xp̄i. et reddit substātia panis. ¶ ij. error ē. q̄ si hostia  
cōsecrata a mure corrodaf̄. seu a bruto sūmatur q̄ rema  
nētibus sp̄ebua sub eis desinit eē corpua xp̄i. ⁊ reddit sub  
stātia panis. ¶ iij. error ē. q̄ si hostia cōsecrata a iusto vl̄  
p̄ccatore sūmatur: q̄ dū speciea dentibus teritur: xp̄s ad  
celū rapitur. ⁊ in ventrē hois nō trahicit. ¶ iiij. error est.  
q̄ beata maria incōceptione filij sui fuit gratia plena. q̄  
ex post in gratia nō p̄fecit. nec p̄ficere potuit. ¶ v. error  
est. q̄ sp̄ua sc̄tus in die p̄thecostes veniēs in beatā virgi  
nē mariā ⁊ ap̄los: b̄tē marie nullā gratiā cōtulit. s̄z tantū  
apostolis. q̄ sic erat gr̄a plena: q̄ in gr̄a p̄ficere nō vale  
bat. ¶ Consequēt̄ vero idē dn̄s gregorius papa. xj. infor  
matua p̄ eūdē fr̄em nicholaū eymirici inq̄sitorē q̄ in qui  
busdā libellia ocularit̄ eidē oñsis cōtinebant̄ infra scrip  
ti articuli erronei. hito sup̄ eis pl̄ica cōsilio maḡoz in p̄n  
tia dn̄oz cardinaliū. sc̄ti custachij. ⁊ sc̄ti angeli a viniōne i  
palatio dn̄i pape ⁊ de mādato eiusdē. tādē ipse dn̄a papa  
p̄ suaa patētes lraa. mādauit eidē inq̄sitiōi q̄ten⁹ ipse cū  
dn̄o archiep̄o terrachone vt dictoa articulos hereticales  
⁊ erroneos cū suo libello publice cōdēpnaret. ac cōdēpna  
tos dictū libellū igni traderet cōsumendū. ⁊ sic factū fuit.  
quoa q̄dē errorea ⁊ hereses posuit quidā heretic⁹ de tar  
rachona neofit⁹ de iudeo factua xp̄ianus. ¶ Pr̄mua cr  
ror est. q̄ peruersum dogma impijsimi almerici. arrij. sa  
bellij. ⁊ alioz hereticoz nō est heresia de se nisi tantū ap̄  
illū qui ip̄m eligit animo p̄tinaci. ¶ ij. error ē. q̄ licitū est  
creaturas adorare ⁊ honorare honore ⁊ adoratiōe latric



22

absqz pctō. ymo meritoze. inq̄stū sūt rēp̄sentatiue sui cre  
 a toria. ¶. iij. error ē. q̄ lz demōea adorare ⁊ honorare. ho  
 noze ⁊ adoratiōe latric meritorie si suū rēp̄sētēt creatorē.  
 ¶. iiij. error ē. q̄ nō tm absqz vicio heresia. ymo absqz vl  
 lo pctō possunt demoncs adorari dulia nisi q̄ phibitū p̄  
 ecclā dei. ¶. v. error ē. q̄ eque ⁊ meli⁹ pōt sacrificāa de  
 moni excusari ab ydolatria: quā xp̄ian⁹ adorāa ymaginē  
 crucifixi vl̄ scōz. ¶. vi. error ē. q̄ de iure nature adoratiō ⁊  
 sacrificiū debet demōijs. ¶. vii. error ē. q̄ q̄ vici supplici  
 ja ore negāt deū. corde tm adorāt: nō solū nō peccāt. ymo  
 sūt digni remūeratiōe. ¶. viij. error ē. q̄ layc⁹ nō tenet ad  
 aliquē fidei articlm credēdū explicitē. s̄z sufficit sibi ista cō  
 clusio i genere q̄ credat oē illd q̄ credit scā mat ecclia dei.  
 ⁊ iō q̄ si layc⁹ credit vl̄ tenet oppositū alicui⁹ articuli ex  
 ignorātia ⁊ tēptatiōe diaboli nō peccat. ¶. ix. error est. q̄  
 ois inobediēs p̄ceptia ecclie ē cēsēd⁹ heretic⁹. ¶. x. error  
 ē. q̄ secta machometi ē eque catholica sicut fides ih̄u xp̄i.  
 ¶. xi. error ē. q̄ xp̄s. apli. ⁊ oēs angli. ⁊ oēs sc̄i sūt scismatici.  
 ⁊ q̄ p̄fecti⁹ ē eē scismaticū quā catholicū. ¶. xij. error ē.  
 q̄ sol⁹ de⁹ p̄r ē optim⁹. s̄z dei fili⁹ i p̄mo gradu. sp̄ua san  
 ct⁹ ē bon⁹ in. ij. gradu. s̄z ois creatura ē bona i. iij. gradu.

## Errores magri arnaldi o villa noua



Ad decima questio ē. de erroribus. heresib⁹.  
 temeritatibus. falsitatib⁹ cōdēpnatia in ca  
 thalōia p̄ inq̄sitoria heretice prauitatis. au  
 ctoritate ap̄lica licet nō de mādato expresso  
 dñi pape. Et nota q̄ tpe dñi clementis pape  
 v. fuit quidā medicua valde famosua vocatua magi  
 ster arnaldus de villa noua qui cōdidit multos libros in  
 quibus erant quā plures errores inserti. qui fuerūt cōdē  
 pnati p̄ fratrē iohānē de leugerio ordinis fratrū p̄dicato  
 rū inq̄sitorē. ⁊ p̄ dñm gaufredū de crudillis p̄positū in

ecclia terra cone vicariū generalē sede vacāte, anno dñi  
M.ccc. xvij. q̄ errores fuerūt cōdēpnati de multoz cōsi-  
lio theologoz. ¶ Prim⁹ error est, q̄ natura hūana a deo  
assūpta est eq̄lis deo in oib⁹ bonis suis, ⁊ q̄ tā alta sit hū-  
manitas i xp̄o q̄ntū diuinitas ⁊ tm̄ possit. ¶ ij. error ē, q̄  
quā cito aia xp̄i fuit vnita deitati: statī ipsa aia sciuit oia  
q̄ d̄itas scit, q̄ alias nō ut dicebat fuisset cū eavna p̄sona  
p̄cipue q̄ scire est circūstātia p̄tinēs ad suppositū indiu-  
duale ⁊ nō ad naturā. ¶ iij. error ē: q̄ diabolus ingenioz  
se fecit totū pplm̄ xp̄ianū deuiare a veritate dñi nr̄i iesu  
xp̄i, sic q̄ suggestit ⁊ cuacuauit pplz xp̄ianū, q̄ nō dimisit  
in eo nisi pellē. i. apparētiā cult⁹ eccliaſtici quē fecit ex vsu  
⁊ fides quā habet est talis q̄lis fides demonū, ⁊ q̄ totus  
populus xp̄ian⁹ ducit ad infernū, ⁊ q̄ pplus xp̄ian⁹ p̄ sin-  
gulos stat⁹ palā, vita, morib⁹, ⁊ affectib⁹ ipsum abnega-  
uerūt, ⁊ q̄ in toto corpe xp̄i collegij vsqz ad verticē, a plā-  
ta p̄cois: nō solū viuit s̄ impat ⁊ regnat talis apostasia.  
¶ iiii. error ē, q̄ oēs claustrales sūt extra charitatē ⁊ dāp-  
nant. ¶ v. error ē, q̄ male fecerūt doctores theologī q̄ al-  
liq̄d de ph̄ia posuerūt in suis opib⁹, studiū ph̄ie total̄ cō-  
dēpnādo. ¶ vi. error ē, q̄ reuelatio facta cirillo ē p̄cisioz  
cūct̄ scriptur̄ sacris. ¶ vii. error ē, q̄ opus mie plus pla-  
cet deo q̄ sacrificiū altar̄. ¶ viii. error est, q̄ stabiliēs ca-  
pellanias vel faciēs celebrari missas post mortē: nō facit  
opus charitat̄, nec ex h̄ meret̄ vitā eternā. ¶ ix. error ē q̄  
q̄ in vita sua scit multitudinē indigētū ⁊ marie amicoz ⁊  
cōgregat ⁊ tenet supflua ad stabiliēdū capellanias, ⁊ p̄-  
petuādū missas post mortē certū est q̄ talis cadit i eternā  
dāpnationem. ¶ x. error est, q̄ in sacrificio altar̄is sacer-  
dos offerēs, vel offerri faciēs, nihil deo de suo offert, etiā  
voluntatē. ¶ xi. error est, q̄ elemosyna magis represen-  
tatur in passione xp̄i quā in sacrificio altar̄is. ¶ xij. error  
est, q̄ in sacrificio missē non laudatur deus opere: sed

solū ore. **¶** .xiiij. error ē. q̄ i cōsultatōib⁹ papalib⁹ nō ē scia  
nisi opū hū auoz. **¶** .xiiij. error ē. q̄ nū q̄s de⁹ cōminat⁹ ē et  
nā dāpnationē ptōrib⁹. s̄z malū exēplū pbētib⁹. **¶** .xv. er  
ror ē. q̄ anuo ab incarnatiōe dñi. **AD**.ccc. lxx. v. eet. mūdi  
finis totaliter ⁊ ex toto. **Errores pet ollerij.**

**¶** Itē tpe dñi iohānis pape. xxiij. surrexit in ciuitate bar  
chinoñ quidā vocat⁹ petr⁹ ollerij de maioricis oriūdo cū  
q̄busdā cōplicib⁹ suis q̄ posuit multa de heresibus ⁊ er  
rozib⁹ bigardoꝝ inter quos posuit de p̄po. ⁊ cōi. ⁊ tandē  
barchinoñ p̄ fr̄ez bernardū de podio circulo ordīs fratrū  
pdicatoꝝ inq̄sitorē cū ep̄o barchinoñ fuerūt eoz hereses  
⁊ errores cōdēpnati. ⁊ ip̄i heretici traditi curie sc̄lari ⁊ cō  
busti. **¶ Errores durādi de baldach.**

**¶** Itē tpe eiusdē dñi iohānis pape. xxiij. insurrexit in ciui  
tate barchinoñ q̄dā vocat⁹ durādus de baldach ciuis ge  
rūde cū quodā suo cōplice q̄ dogmatigauit hereses ⁊ er  
rores bigardoꝝ de p̄po. s̄. ⁊ cōi. ⁊ vlteri⁹ q̄ matrimoniū  
nō erat nisi meretriciū occltū. Tādē gerūde p̄nte dño ia  
cobo rege aragōie fuerūt cōdēpnati p̄ dñz ep̄m gerūdeñ  
de villa marina ⁊ fr̄em arnaldū burgueti ordīs fr̄m pdi  
catoꝝ inq̄sitorē heretice p̄auitatis. ⁊ ip̄i vt ip̄enitentes  
fuerūt traditi curie seculari ⁊ in igne cremati.

### **Hereses bonanati bigardi.**

**¶** Itē tpe dñi bñdicti pape. xj. insurrexerunt in cathalo  
nia. i. in villa franca de penedes q̄s plures bigardi. quoz  
erat p̄ncipalis heresiarcha quidā p̄sbyter vocatus frater  
bonanat⁹. q̄ añ ab iurauerat postq̄s tradit⁹ fuerat vt im  
penitēs sc̄lari curie. ⁊ iā ex vno latere assat⁹ finxerat se pe  
nitere. Iste cū pdictis posuerūt hereses bigardoꝝ. ⁊ tādē  
p̄ dñm ferrariū d̄ apillia ordīs fr̄m pdicatoꝝ ep̄m barchi  
noñ. ⁊ fr̄ez guillelmū costa eiusdē ordīs inq̄sitorē fuit eoz



cōgregatio cōdēpnata ⁊ domus eoz hūitatōis ī villa frā  
ca dirupta. ⁊ eoz hereses cōdēpnate. ⁊ dict⁹ fr̄ bonanat⁹  
⁊ relaps⁹ ⁊ ipenitēs tradit⁹ curie sclari ignib⁹ cōsumēd⁹  
ceteris cōplicitibus penitētibus. erroribus abiuratis.

### **¶ Errores iacobi iusti bigardi.**

**¶** Fr̄e tpe dñi clemēt̄ pp̄. vj. insurrexerūt ī ciuitate valētie.  
quā bigardi quoz erat pncipal̄ quā vocat⁹ iacob⁹ iusti. q̄  
dogmatizauerat iscriptas hereses bigardoz. ⁊ int̄ alias  
q̄ cōdēpnati religiosi. clerici. ⁊ layci p̄ dictis heresib⁹. tā  
p̄ dñm clemēre ī curia. q̄ p̄ inquisitores in alijs mūdi pt̄is  
b⁹ erāt bñi ⁊ in celis m̄es dñi ihu xp̄i. ⁊ tā dē eoz hereses  
fuerūt valētie cōdēpnate p̄ fr̄em nicholaū roselli inq̄sitor̄  
re ordinis p̄dicatoz factū postmodū p̄sbyterū cardinalē  
⁊ p̄ dñm vgonē defenoleto ep̄m valētiniū. ⁊ tres iā mozo  
tui. s. guillelmus gerald̄. gilbert⁹. ⁊ bartholome⁹ fusterij  
exhūati. ⁊ vt ipenitētes heretici cōdēpnati. ⁊ dict⁹ fr̄ iaco  
b⁹ iusti dictis heresib⁹ abiuratis inuirat⁹ mortu⁹ ē ibi.

### **¶ Errores fratris berēgarij de mō te falcone ordinis cisterciē de populeto.**

**¶** Fr̄e tpe inocēcij pape. vj. insurrexerūt ī cathalonia. ī vil  
la q̄ dicit̄ mōs alb⁹ quā q̄ ausi sunt dogmatigare. q̄ om̄  
nia de genere bonoz q̄ fīda sūt. sūt fīda dei puro amore  
nec ex alia causa. nec spe mercedis eterne. Iste error ibi in  
ualuit. actor fuit fr̄ berēgari⁹ de mōte falcone cisterciē or  
dinis de monasterio populeti. Tādē iste error fuit cōdē  
pnat⁹ solēpniter ⁊ publice p̄ frat̄e sanciiū archiep̄m ter  
rachon̄ ordinis fr̄m minorū. ⁊ p̄ dñm fr̄ez nicholaū rosel  
li ord̄is p̄dicatoz supra dictū inquisitorem.

### **¶ Errores nicholay de calabria.**

**¶** Fr̄e tpe eiusdē dñi inocēcij pape. vj. insurrexit in catha  
lonia. hoc ē in barchin̄. quā vocat⁹ nichola⁹ de calabria

oratio. s; i hispania conuersat. iste publicauit infra scriptas hereses et errores. q; fuerunt condempnati sollempniter et publice barchinonensi p; frem nicholaum epimerici ordinis predicato- rum inquisitoris. et p; dñm arnaldum de busq; vicarium epi bar- chinonensi. Sūt aut; errores infra scripti. ¶ Primus error que posuit ē. q; qdā hispanus heresiacha magnus vocatur gūdis- salus d; epatu condempnatus oratio. q; erat dei filius i celis eternali- gnatus. s; videret p;rem et m;rez h;re i terris. ¶ ij. error ē. q; spūs sctūs debebat futuro tpe incarnari. et tūc ipse gūdis- salus totū mūdū conuerteret. ¶ iij. error ē. q; dicit gūdis- salus nunq; moreret s; viueret i eternū. ¶ iiii. error ē. q; i die iudicii gūdis- salus ille q;aret pro mortuis oibus i inferno. condempnatis. et eius p;cibus liberarentur et saluarentur. ¶ v. er- rore est. q; in hoie sunt tria. anima quā formauit deus p; co- rpus qd; formauit de filiis. et spūs: que creauit de spūs sctūs. adducēs illud. formauit de hoies de limo terre et ins- pirauit in faciē eius spiraculum vite et factus ē hō i aiaz viuētē. Quā plura posuit hereticalia et erronea. fatua. piculosa. et temeraria. ppter q; vt relapsus traditus ē brachio scilari.

## ¶ Errores bartholomei ienouesij.

¶ Item tēpore vrbani. v. insurrexit in barchinona quidam vocatus bartholomeus genouesij oriundus de insula minoricaz. q; libellū condidit ac publicauit. in quo mul- te hereses et errores multi. temeritates. et falsitates de anti- christo et eius tēpore ponebant. quas cū suo libello dñs be- regarius daniel episcopus barchinonensi. et frater nicholaus ep- merici ordinis predicatorum inquisitor supra dictus de con- silio multorum magistrorum in theologia in sede barchiono- nensi publice condempnauit. et libellū ibidē tradi fecerunt ignibus coburendū. ipso bartholomeo penitente et erro- res publice abinrate. ¶ Primus error est. q; p;figebat cer- tū tps aduentus antiepi. in quo p; totū mūdū sui discipuli

apperēt. s. āno. **M.** cccc. li. **C. ij.** error. q̄ tpe antixpi cessa  
rēt sacrificiū in ecclia. ⁊ alia ecclīastica sacramēta. **C. iij.**  
error ē. q̄ xpiani hñtes vsū liberij arbitrij q̄ cōuerterēt p̄  
antixpm sic starēt immobilē ī errorib⁹ antixpi q̄ nunq̄m cō  
uertērēt. nec cōuer ti possēt ad fidē xpī. q̄ caracter quē an  
tixps eis faceret ī frōte vl' ī manu hñret tātā efficacitā ī aīa  
b⁹ eoz. q̄ in illis errorib⁹ faciet eos immobiliter p̄petuo p̄  
manere. ⁊ cōsequēter q̄ oēs tales xpiani certitudinaliter dā  
narent. ⁊ igne d' celo missō etiā corpāliter morient. **C. iiii.**  
error ē. q̄ pueri puuli xpianoz. etiā iudei. sarraceni. ⁊ infi  
deles ceteri. tā puuli q̄ adulti p̄ antixpm pueri post mor  
tē antixpi oēs cōuertent ad fidē xpī. s̄ nō aliqs adult⁹ de  
xpianis pueris. ⁊ finaliter tota ecclīa dei eēt de conuersis  
iudez. sarracenoꝝ. ⁊ infidelīū ceteroz. Quā plura alia er  
ronea posuit q̄ nō sūnt digna relatione.

**Nota errores cuiusdā fratris mi  
noris qui vocatus est frater arnaldus.**

**C.** Hic tpe dñoz. inocēcij pape. vi. ⁊ vrbani. v. ⁊ gregoriij  
xj. fuit quidā de ordine fr̄m minorū ī cathalonia ī villa pos  
siceritani. diocesis vrgelē vocat⁹ fr̄ arnald⁹ mōtanerij  
q̄ hereses ⁊ errores quos posuit noluit ab iruare. s̄ finire  
tit se velle facere s̄ fugit. ⁊ citat⁹ respōsur⁹ de fide nō cō  
paruit. ⁊ stetit in tali p̄tinacia p̄ annos. xir. Tādē p̄dicat⁹  
fr̄ nichola⁹ eymūrici in q̄sitor' ordīs fr̄m p̄dicatoꝝ: cōsulta  
to p̄mit⁹ p̄mo dño papa vrbano. v. ⁊ deinū gregorio. xj. ⁊  
dñs p̄dicat⁹ berēgari⁹ daril tūc ep̄s vrgelē dictū fr̄m ar  
naldū p̄tinacē hereticū q̄ publice p̄dicabat ⁊ defendebat  
infra scriptas hereses ⁊ errores ī sede vrgelē publice decla  
rauerūt. ⁊ ei⁹ hereses ⁊ errores publice cōdemnauerūt.

**C.** Prim⁹ queꝝ erat. q̄ dñs ihs xp̄s ⁊ ei⁹ apli nichil ha  
buerūt ī pprio ⁊ cōi. **C. ij.** error ē. q̄ null⁹ pōt dāpnari q̄  
deferat h̄itū bñ fr̄acisci. **C. iij.** error ē. q̄ bt̄s fr̄aciscus oī



35  
anno semel descendit ad purgatoriū ⁊ extrahit inde aīas il  
lorū q̄ in hac vita fuerūt de ordine suo. seu ordinib⁹ per  
ipsum institutis. ⁊ ducit ad paradysū. ¶.iiij. error ē. q̄ or  
do beati francisci in perpetuū durabit.

## ¶ Errores duorū scz Geraloi sega relli. et Dulcini nouariensis.

**D**odecīa q̄stio est de heresib⁹ ⁊ erroribus  
pseudo apostolorū. q̄ in surrexerūt in partis  
bus lōbardie. vbi sunt p̄ ecclie platos ⁊ in  
quisitores cōdēpnati. ¶. Nota q̄tporibus  
oñi honoriū pape. iiij. bonifacij. viij. nicho  
lai. iiij. clemētis. v. in ep̄atib⁹ p̄gamēsi ⁊ nouariēsi. ⁊ par  
tib⁹ circūuicinis. insurrexerunt duo magni heresiarche  
scz geraldus segarelli p̄gamēsis. ⁊ dulcīn⁹ nouariēsi. q̄ to  
rā terrā illā suis ifrascript⁹ errorib⁹ iplētes cōgregatōnē  
quādā fecerunt. quā ap̄los vocauerūt. q̄ sub nulli⁹ obia  
viuebāt. sed tm̄ se esse subiectos solī deo ⁊ nulli hōi. ⁊ vitā  
seq̄ ap̄loꝝ singulariter afferebāt. Isti publice mēdicabāt  
t̄pi ap̄los se dicebāt. in plateis ⁊ vicis ea q̄ sibi appone  
bant publice māducabāt. p̄nīaz p̄ vicos ⁊ plateas p̄dica  
bant cū mātello albo ad collū p̄ modū pallij eleuato ⁊ tu  
nica alba. ac lōgis criminib⁹ aliqñ vtēdo. in pedib⁹ soleis.  
aliqñ nudis pedib⁹ incedebāt. ⁊ a cōi cōuersatiōe fidelīū  
vita ⁊ morib⁹ desiderēs singularē vitā se ducere aplicā si  
mulabāt. ⁊ plures ac quā plures inficiebāt. postq̄ eorū  
vita ⁊ status p̄ dñm honoriū papā. iiij. fuit cōdēpnatus  
p̄ suas patētcs l̄ras infra positas. tandē post q̄tuoꝝ an  
nos fere q̄bus eorū error in lōbardia iualuit: dictus geral  
dus p̄ ep̄m p̄gamēsem ⁊ inq̄sitorē frat̄re māfredū ordīs  
fratrū p̄dicatorū t̄pe bonifacij. viij. fuit ut heresiarcha. et  
margarita eius cōfors in scelere ⁊ errore fuerunt publice  
mēbrati dilaniati. ⁊ postmōꝝ cōcremati. ⁊ finaliꝝ p̄ maioꝝ

ri parte cū magna diligētia p̄latorū ī illaz partiū ⁊ inq̄si-  
torū. ip̄sorū secta pseudo ap̄loꝝ fuit ab illis finib⁹ extir-  
pata. ⁊ cōgregato exercitu magno crucis signaculo insi-  
gnita. et collata p̄ dñm elementē. v. indulgētia gñali. He-  
reses autē ⁊ errores ip̄soꝝ geraldī ⁊ dulcini hereliarcharū  
ac eorū seq̄ntiū pseudo ap̄loꝝ sūt hi q̄ sequūt. ¶ Prim⁹  
est. q̄ tota auctoritas a dño ihesu xp̄o tradita ⁊ collata  
eccleie romane. ē oīno euacuata. ⁊ iā dudū cessauit p̄pter  
maliciā p̄latorū. ⁊ q̄ ecclesia romana c̄s tenēt. papa. cardi-  
nalis. clerici. ⁊ religiosi: nō est ecclesia dei s̄z reprobata ec-  
clesia. q̄ pseuerat hodie sine fructu. ¶ .ij. error ē. q̄ ecclesia  
romana est illa meretrix q̄ a fide xp̄i apostatauit. de q̄ ioā-  
nes scripsit ī apoca. ¶ .liij. error ē. q̄ tota illa prās c̄s xp̄s  
dedit eccleie ab initio: trāsfecta est in sectā illoꝝ q̄ dicunt a-  
postoli. seu de ordine ap̄loꝝ. c̄s sectā vocāt cōgregationē  
sp̄ualē a deo missā ⁊ electā in istis dieb⁹ nouissimis. ⁊ ip̄i  
⁊ nulli alij ut dicūt habēt ptatē c̄s beat⁹ petrus apostol⁹  
hūit. ¶ .iiij. error est. q̄ gerald⁹ segareli de parma p̄dic⁹  
q̄ fuit p̄ncipiū huius secte ⁊ actor: fuit noua plāta pullu-  
lās in radice fidei. ⁊ q̄ deus cepit reducere ecclesiam suā ad  
cōseruationē ⁊ p̄fectionē. ⁊ vitā ⁊ statū ⁊ paupertatē eccleie  
p̄mitine. in illo statu ī quo xp̄s cōmisit ecclesiam btō petro  
ap̄lo. ¶ .v. error est. q̄ ipsi soli vocati apostoli de p̄dicta  
secta seu cōgregatione sunt ecclesia dei. ⁊ sūt in illa p̄fectiōe  
vite in q̄ fuerūt aplū p̄mi. ⁊ iō nō tenent alicui hoi obedi-  
re. nec sūmo p̄tifici. q̄ ab eo regla q̄ fuit īmediate a xp̄o  
libera ē ⁊ p̄fectissima vita. ¶ .vi. error ē. q̄ nec papa nec  
aliq̄s alius p̄t eis p̄cipe q̄ deserāt statū illū seu vitā tā-  
te p̄fectiōis. nec etiā p̄t eos ex cōmunicare. ¶ .vij. error ē  
q̄ de quolibz statu ⁊ ordine p̄t quilibz licite trāsfire ad eo-  
rū vitā ⁊ statū. siue sit religiosus siue secularis. ita q̄ vir  
sine cōsensu vxoris. ⁊ vxor sine cōsensu viri p̄t relinq̄re  
statū matrimonij. et aduolare ad ordinē ip̄soꝝ. ⁊ q̄ null⁹

platus ecclie romaue pōt separe matrimoniū: s; ipi pos-  
 sunt. **C. viij.** error est. q; null<sup>o</sup> de vita seu statu vel ordine  
 ipoz pōt licite itrare aliū ordinē seu religionē sine pctō  
 mortali. nec pōt se supponere abie hoīs cuiuscūq; q; h  
 eet descēderē a vita pfectissima ad min<sup>o</sup> pfectā. **C. ix.** error  
 est. q; nullus pōt saluari nec itrare in regnū celoꝝ: nisi sit  
 de statu suo ⁊ ordie. q; extra statū seu ordinē ipozū deins  
 ceptis null<sup>o</sup> saluabit. **C. x.** error ē. q; oēs q; eos psequūt: pe-  
 cāt mortali. ⁊ sunt in statu dāpnatiōis ⁊ pōitiōis. **C. xi.**  
 error ē. q; null<sup>o</sup> pp romane ecclie pōt aliquē absoluerē a  
 pctis. nisi effzita scrūs sīe fuit btūs petrus apłs viūedo ī  
 oimā paupate. sine ppo. ⁊ cū hūilitate. ⁊ nō faciēdo gue-  
 rras. nec aliquē psequēdo. s; pmitēdo quēlz viūere ī sua  
 libertate. **C. xij.** error ē. q; oēs plati romane ecclie tā ma-  
 iores q; minores: a tpe scī siluestri postq; declinauerūt a  
 mō viūedi pōꝝ sctōꝝ sūt puaricatores. ⁊ seductores. exce-  
 pto frē petro de marone q; fuit papa celestin<sup>o</sup> appellat<sup>o</sup>.  
**C. xij.** error ē q; oēs ordies religiosoꝝ sacerdotū. diacho-  
 nor. subdiachonoꝝ ⁊ platoꝝ sūt a fidei catholice det mē-  
 tū. **C. xiiij.** error ē. q; layci nō tenēt. nec debēt dare decias  
 alicui sacerdoti vel plato romane ecclie: q; nō sit in tāta p-  
 fectiōe. ⁊ in tāta paupate in q; fuerūt pmi apłi. ⁊ loco di-  
 cunt q; decimis non debent dare nisi ipsis q; dicūt. aposto-  
 li. ⁊ sunt paupes xpī. **C. xv.** error est. q; qlibet hō vel qlis-  
 bet mulier possūt nudi simul iacere licite: iūicēq; comisce-  
 ri sine omni pctō: ⁊ tsgere oēs partes corporis. ⁊ oscula-  
 ri sine oī peccato. ⁊ vir cōiūgere ventrē suū ad ventrē mu-  
 lieris nudos si. stimulant carnaliter: ut cesset tēptatio: non  
 est peccatū. **C. xvj.** error est. q; iacere cum muliere: ⁊ non  
 comisceri carnaliter: magis est quam mortuos suscitare.  
**C. xvij.** error est. q; perfectior vita est viūere sine voto:  
 q; se astringere voto. **C. Decim<sup>o</sup> octau<sup>o</sup>** error est. q; eccle-  
 sia consecrata non plus valet ad orandum. q; stabulum



